



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LV. Markgraf Otto bestätigt dem Kloster Himmelstädt die Schenkungen  
seiner Vorgänger und giebt dem Abte zu Colbatz das Recht zur  
Einrichtung desselben, am 3. Mai 1368.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

LV. Markgraf Otto bestätigt dem Kloster Himmelsstätt die Schenkungen seiner Vorgänger und giebt dem Abte zu Colbaz das Recht zur Einrichtung desselben, am 3. Mai 1368.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio, sancti Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bavarie dux, recognoscimus publice per presentes, quod vidimus et audiuimus literas ac privilegia illustris principis Alberti, quondam Marchionis Brandenburgensis, predecessoris nostri felicis recordationis, hujus continentie et tenoris et prout sequitur in hec verba: In nomine sancte etc. Quas quidem literas et privilegia suprascripta ratificamus, approbamus et ex certa scientia in omnibus et singulis suis punctis, clausulis et articulis de nouo tenore presentium sepedicto monasterio Loco Celi incorporamus et confirmamus. Idem etiam Abbas et conuentus, qui pro tempore fuerint, primum diem obitus nostri et singulis annis diem anniuersarii nostri cum vigiliarum deuotionibus et missarum sollempniis perpetue peragere debebunt et tenebuntur. Renuntiantes insuper sollempniter presentibus et expresse omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis, heredibus aut successoribus nostris in ipsis bonis omnibus et singulis expressius in superioribus literis et privilegiis tactis et nominabiliter positis competeat, competit aut quomodolibet competere poterit in futurum. Damasque religiosi viris Abbati et Conuentui monasterii Colbaz meram et liberam facultatem plenumque posse edificandi, construendi et de nouo predictum monasterium videlicet Locum Celi plantandi, nec non et fratres sui ordinis inibi locandi ac omnia et singula circa ipsum monasterium et ipsius bona et pertinentias ordinandi et disponendi, prout eis visum fuerit expedire. Recipientes eadem ipsum monasterium, videlicet Locum Celi, cum omnibus suis bonis et pertinentiis quibuscunque ac fratribus pro tempore ibidem degentibus sub nostra protectione, defensione et tutela speciali. Inhibentes insuper omnibus et singulis Capitaneis, Aduocatis ac Officialibus nostris presentibus et futuris, ne sepedictum monasterium, videlicet Locum Celi, fratres ac bona sua predicta, in aliquo molestare, grauare aut perturbare audeant aut presumant. In cujus rei firmitus robor presentes literas nostro authentico sigillo iussimus roborari. Presentibus nobili viro Theodorico Burggraui de Kirchberg strenuisque viris Iohanne de Rustenberg, nostre curie iudice, Hermanno de Hermanstein, Camere nostre Magistro, Bartoldo de Werderde, militibus, et honorabili viro Conrado, plebano in Kyriz, nostro Prothonotario, cum ceteris pluribus fidedignis. Actum et Datum Berlin, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo octauo, ipso die inuentionis Crucis Domini gloriosi.

Aus dem Original nach Gercken's Cod. II, 329.

LVI. Markgraf Otto gestattet dem Rath zu Neu-Landsberg, das Dorf Kernein gleich seinen andern Besitzungen in seinen Schutz zu nehmen, am 29. März 1372.

Wir Otto, von Gottes gnaden Margraff tzu Brandenburg, bekennen offentlichen, das wir den bescheidenen Leuten den Rhatmannen tzu Newen Landesbergk, vnsern lieben